



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Præfatio ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

QVIDAM DE SOCIETA-
TE IESV, DEVOTO LECTO-
ri eiusdem Societatis S. in
Domino.

HÆc documenta, ac spiritualia ex-
ercitia, quæ non tam à libris, quàm
ab unctiōe sancti Spiritus, & ab inter-
na experientia, & usu tractandorum
animorum edoctus, noster in CHRISTO
Pater M. Ignatius de Loyola Societatis
nostræ institutor, & Præpositus Gene-
ralis (ut præmissum est) composuit, ab
idiomate Hispanico in Latinum, duo-
bus modis sunt versa: altera versio, non
solum sensum sensui, sed penè verbum
verbo: altera (quæ visa est præfere-
nda) sensum tantum sensui, sed fideliter
reddebat. Cum autem exercitia hæc,
ut satisfaceret quorundam, & præcipuè
Illustrissimi Ducis Gandiæ, Francisci
de Borgia deuotioni, qui optabat appro-
bari ea, Sedis Apostolicæ auctoritate,

quæ iam pridem, & spiritualis plurimo-
 rum omnis generis, & conditionis ho-
 minum profectus (qui per ea spiritum
 Domini vel hauserant, vel mirum in-
 modum auxerant) ubique approba-
 verat: cum, inquam, ante probatio-
 nem summi Pontificis, destinatis Cen-
 soribus videnda proponerentur, utraq;
 translatio eis est oblata: & licet omni-
 no libera censura eorum subiicerentur,
 ut adderent, minueret, mutarent, prout
 in Domino videretur, tamen, ne verbo
 quidem mutato, utramque versionem
 (quod testimoniis eorundem in arche-
 typis exemplaribus patet) approbarunt.
 Quod ad impressionem attinet, hoc te,
 pie lector, monitum velim, non iis, qui
 tantum lecturi exercitia; sed qui fa-
 cturi, vel potius aliis tradituri sunt, esse
 hoc laboris, & operæ impensum. Cum
 enim ad fructum uberem capiendum
 parum sit legisse, nisi strenuè quis in eis
 se exercuerit, & magistrum in rebus

spiri-

spiritalibus versatum, sit nactus; con-
 stat non eo animo impressa esse, ut pas-
 sim in vulgus emanarent: sed cū labo-
 riosum nimis esset; nec sine magno tem-
 poris, & impensarum dispendio, tam
 multa exemplaria manscribere, qui-
 bus ad Societatis ipsius usum opus erat;
 & ut varietate, & erratis plurimis
 (qua in manuscriptis deprehendi so-
 lent) deuitatis, indubitata fidei exem-
 plaria suppeterent, typis hoc opus excu-
 sum est: sed omnia excusa volumina
 in potestatem Societatis, ad ipsius, ut di-
 ximus, usum (ita ut nec vendi, nec ex-
 cudi ullibi possint) sunt redacta. De his
 te monere, pie lector (si forte minus in-
 notuerant) cum perspecta mihi sint
 predicta omnia, officij mei esse du-

xi. Vale in Domino. Roma

6. Idus Augusti.

1548.

Ⓢ (0) Ⓢ

ANNO.